

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Fecht Jodocus Andreas Hiltebrandt

## **Disputatio Circularis De Sacrificio Missae Repraesentativo**

Rostochii: Typis Wepplingianis, 1691

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73362328X>**

Druck Freier  Zugang



RU theol. Jan. 1691

Fechtius, Joh.



235

DISPUTATIO CIRCULARIS  
DE  
**SACRIFICIO**  
**MISSÆ**  
REPRÆSENTATIVO  
Qvam  
In inclyta ad Varnum Academia,  
Consensu Ven. Facult. Theologicæ  
PRÆSIDE

**JOHANNE FECHTIO.**

S. S. Theol. D. Ejusdemq; Prof. P. Ord.  
& District. Rostochiens. Superintendente,

Ad Diem 25 Januarii Anni à Christo nato MDCXCI.

IN AUDITORIO MAJORI,  
placido Eruditorum examini  
subjicit

**JODOCUS ANDREAS Sil-**  
tebrandt / Bahnoâ Pomeranus.

Rostochii, Typis WEPPLINGIANIS, Univ. Typogr.



1691

*VIRO Praestantissimo, Integerrimo, multoq; rerum  
usu conspicuo,*  
**DN. JOACHIMO**

**DE SILENS /**

Civi ac Mercatori Rostochi-  
ensi primario ac florentissimo, mem-  
bro Centumvirorum dignissimo, Cœ-  
nobii Georgiani Provisor fidelissimo,  
EVERGETÆ ac FAUTORI, ob innumera  
in me beneficia maximopere colendo,

*Specimen hocco Academicum in grati pariter atque observan-  
tis animi mnemosynon, & ulterioris baud fucati, ut  
bactenus, favoris stimulum, cum omnigena prosperi-  
tatis votò sacrum nuncupo*

JODOCUS ANDREAS Hildebrandt



## PRÆFATIUNCULA.



ISSATICO, ut vocat, SACRIFICIO, Romana Ecclesia nihil habet sanctius, nihil nobilior, nihil augustius. *Jodocus Lorichius* in Thesauro, (1.) nihil tota terrarum orbe reperiri *Missa prestantis* profitetur. Immortalis gloriæ Theologus, *Mart. Chemnitius* (2.) non immerito *præsidium, munimentum, robur, firmamentum & arcem regni Anti-Christi* appellat.

Econtra Lutheranæ Ecclesiæ judicio in articulis Smalcaldicis (3.) expresso, maxima & horrenda est abominatio & mera Diaboli larva. *Philippus Melanthon*, communis Germaniæ Præceptor, (4.) tantos esse Missarum abusus, ut propter eosdem hanc dubie Deus puniat mundum tot insignibus calamitatibus, asseverat. *Vicissim G.Wicelius* (5.) nostræ Ecclesiæ vel prædictit vel minatur, tantas tamq; detestabiles conjectas à nobis in Missam blasphemias nequam fore impunitas. In re itaq; tam gravibus, tamque

A

diver-

(1.) p. 1398. (2) In exam. Cone. Tr. p. 333. (3) p. 305. & 308. (4) Part. II. Cons. Tb. p. 47. (5) Typ. ver. Eccl.

diversis judiciis obnoxia, propositum nobis est, ingenium posthac & calamum aliquantulum exercere. Ita tamen ut in amplissimâ materiâ animum ad singulares tantum ejusdem particulas, ab aliis nondum accurato satis studio tractatas, qvas inter prima nobis futura est MIS-  
SA IN HONOREM SANCTORUM CELEBRATA, adposituri, omnemq; tractationem nostram celeberrimo in Galliâ virorum pari, *Jacobo Benigno Bossuet*, Episco-  
po Meldensi, & *Johanni Dezo*, Jesuitæ Argentoratensi, op-  
positurisimus. Qvibus itaq; collibuerit, hoc nobiscum certamen posthac ingredi, iüs fidelem sedulamq; in pri-  
vatâ, cum ad auctores ei rei necessarios, tum ad solidio-  
rem argumenti notitiam manuductione operam, brevi  
hoc procemio offerre volui & polliceri. Nunc verò in circulari hac disputatione, de Missæ Sacrificio, quâ RE-  
PRÆSENTATIVUM dicitur, judicium nostrum, bre-  
vibus tantum aphorismis conclusum, diputantium col-  
lationi subjiciemus. Faxit Deus, ut usq; qvaq; feliciter  
& ex omnium voto!

## DE SACRIFICIO REPRÆSENTATIVO.



N Sacramento Eucharistia actionem com-  
parere, qvæ REPRÆSENTATIO dici que-  
at & ex qvâ ipum sacramentum sacrificii  
repræsentativi nomine appellari contin-  
gat, veterum pariter & recentium auctori-  
tate edocemur, ut tamen quâ in re repræ-  
sentatio illa consistat, & quâ vi de nomine  
illio Eucharistia participet, non unam  
omnium sententiam esse intelligamus.

II. Sunt, qui inter repræsen-  
tationem sacrificialem & sacramentalem  
distin-

distinguentes, illam in Novi T. sacramento locum habere negant, hanc  
verò esse affirmant, cum symbola terrena ad materiam coelestem re-  
feruntur, id est, panis consecratus corpus Christi, vinum benedictum  
sanguinem Christi repräsentat & exhibet communicanti. In-  
ter recentiores qui hac loquendi forma utuntur, nunc nominamus par-  
doctissimorum Theologorum, Jo. Conr. Dannb. & Jo. Ad. Ofiandrum.  
(6.) De quâ verò repräsentatione nulla videtur esse controversia.

III. Mart. Chemnitius in Exam. Concilii Tridentini (7.) Jo. Eccio  
ad scribit, quod docuerit, idè peculiari modo Eucharistiam sacrificium  
esse, quia tota actione gestuum, verborum, rituum & vestium in Missa  
Ecclesia REPRÆSENTET passionem Christi & hac REPRÆSENTATI-  
ONE Christum denuò offerat odorem suavitatis Deo Patri. Rob. Bel-  
larminus (8.) negat, hanc esse Eccii mentem; constat nihilominus to-  
tum Missæ canonem & ritus in confiendo sacrificio apud Pontificios  
usitatos eum in finem doceri ab antiqua Ecclesiâ esse institutos, ut totam  
prope sacrificii crucis historiam singulosq; ejus actus, repräsentent. Ita  
quâ qvidem, quantumlibet ceremoniosâ, ut loquitur Eccius (9) actione,  
licet secundum hodierna Ecclesiae Romanae placita sacrificium Missæ,  
quoad formam suam, non consistat, dubitandum tamen non est, mul-  
tos veterum ad has potius ceremoniarum imagines, cum Missæ sacri-  
ficii nomen induerunt, quam ad quidlibet aliud attendisse, non quod exi-  
stimarent, ex aliquo Christi instituto ad hoc repräsentandi officium ri-  
tus illos, certè haut raro supra modum ridiculos, sublimatos esse, sed  
quod crederent, in sacramento, in quo renovare sacrificii Christi me-  
moriā jubemur, licere ipsi Ecclesiae ritus, memoriam illam velut in  
quādam imagine refricantes, celebrationis solennitati adaptare.

IV. Franciscus Costerus in Enchiridio, (10.) sive quod præ in-  
genii infirmitate haud cerneret in Missa mortis Christi, mysticâ sepa-  
ratione corporis & sanguinis ipsius, quæ per consecrationem efficitur,  
procuratâ vivam & efficacem expressionem, ut loquitur Meldensis Episcop⁹,  
(11.) sive quod ad sacrificium veri nominis constituendum judicaret in-  
eptam, idè sacrificii nomen obtinere Missam contendit, quia in eâ  
corpus Christi in specie candidi & immobilis panis, (quales nempe sunt

A 2

pla-

(6.) Ille Hodom. Pap. Part. II. p. 643. Hic Coll. Th. ad A. C. p. 645.

(7.) p. 334. (8.) lib. I. de Miss. c. I. s. f. (9.) In Ench. c. XVI. ab in.

(10.) p. 335. (11.) In Expos. Doctr. Cat. b. XIV. ab in.

placentulæ istæ, quas hostias vocamus, & qualis etiam color est corporis humani) & sanguis in specie liquidi vini, (cum de liuore & vi-  
num & sanguis participant) Deo REPRÆSENTETUR per fidem &  
preces Ecclesiæ, quas Christus, quippe s. rem oblatam spectes, eadem  
cum illâ, quæ in cruce sacrificata est, victimâ, ostensis vulneribus suis,  
mortis suæ memoriam Deo patri commendans, promoveat. Nova  
prosclus hæc est representationis species, nullo quidem subnixa scripture  
fundamento, minoribus tamen quam ceteræ absurditatibus involuta.

V. Thomas Aquinas (12.) unâ cum ceteris Scholasticis, qui,  
farente Gabriele Vasquezio pauca de hoc incuento sacrificio dixe-  
runt, immolari in sacramento Christum ait, quia celebratio ejusdem  
imago quædam est REPRÆSENTATIVA passionis Christi, quæ est ve-  
ra ejus immolatio. Ad eum modum, quo Augustinus ad Simplicium  
dixerit, solere imagines earum rerum nominibus appellari, quarum  
imagines sunt, sicut cum intuentes tabulam aut parietem pictum dici-  
mus, ille Cicero est & ille Sallustius. Nullum verò indicium est, quod  
intellexerit imaginem in re potius & ritu, quam in memoria & mente  
expressam. Sunt enim & idex animo conceptæ rerum imagines. Por-  
solam verò sacrificii cruenti in sacramento memorationem mortem  
Christi representari posse luculenter ex veteribus dixerunt Augusti-  
nus & Chrysostomus. Quorum ille: (13.) Quoties Pascha celebratur,  
nunquid totiens Christus moritur? Sed tamen anniversaria recorda-  
cio quasi REPRÆSENTAT, quod olim factum est & sic nos moneri,  
et angustam videamus in cruce pendentem Dominum. Hic verò: (13.)  
Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Offerimus qui-  
dom, sed recordationes facientes mortis ejus. Hoc enim quod facimus,  
in commemorationem fit ejus, quod factum est. De quo repræsentati-  
onis sacrificialis sensu rectè judicavit Georg. Mylius: (14.) Si hoc anti-  
quitatis sensu recentio Pontificii Missam sacrificium & oblationem  
seu immolationem Christi appellarent, non esset, cur item ipsis  
moveare quisquam deberet aut posset.

VI. Theologus magni nominis, Jo. Hulsemannus, in Breviario  
hanc ponit thesin: (15.) Habent preces ex peculiari, eaq; quantum ad Dei  
inten-

(12.) Part. III. Q. LXXXIII. art. I. (13.) Praef. in sec. expos. Ps. XXI.

Tom. II. p. 105. (13.) Hom. XVII. in Hebr. X. Tom. IV. p. 1773.

(14.) In Exp. Aug. Conf. art. de Miss. (15.) c. XIII. 16. p. 206.

intentionem, gratioſa praefentia corporis & ſanguinis Christi in Cenā, singulare incentiveum devotionis, hic & nunc ſe exerendi, Deoq; tam mente quam verbis & affectu REPRÆSENTANDI meritā Filii, pro conſequendis bonis temporalibus & spiritualibus, tum ſibi, tum aliis. Nec dubitari potest debetq; in ipso Euchariftæ actu, dum corpus Christi in mortem traditum, ſanguinemq; ab iplo effusum accipimus, vi memoratiōnis nobis præceptæ, nos non poſſe tantum ſed teneri etiam ſacrificium crucis mente concipere, Deoq; loco satisfactionis propriæ re praefentare; id eft, ut noſtræ qvondam Academiæ lumen, J. G. Dorscheus, (16.) loquitur, *corpus & ſanguinem Christi, certissimum redemptio- niſ lytron, in S. Cenā complexu firmo apprehenſum, intimè ſibi appli- care, inter peccatum & DEum interponere, proque ſolutione suffici- enti offerre DEO.* Sed quemadmodum hæc repræſentatio ad finem tantum Euchariftæ ſalutarem, (quæ eft cauſa rei extera) pertinet: ita ſacrificii rationem & formam, quam tamen in repræſentatione quan- runt Pontificii, in eā cōſtīſtere non poſſe, ultrò intelligitur.

VII. In corpore Juris Canonici, (17.) ex ſententiis, Auguſti, à Proſpero collectis, (in quibus tamen verba hodie non co- pa-rent) & iſta recitatur: *Dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam Dominici corporis in cruce immolatio, ejusque ſanguini de latere effuſio designatur?* Quod Algerus apud D. G. Calixtum (18.) hunc in modum interpretatur: *Iadū etiam ipſe corpus ſuum fregit & tradidit, ut signaret quod ſponte ſuā in paſſionem ſe frangeret & traderet pro nobis, qui ſolus potestatem habebat ponendi animam ſuam: quod etiam in altari vice ſuā imitan- ur ſacerdotes, ne idem REPRÆSENTENT.* Incertum eft, qvid Algerus, obſcuræ etatis auctor, qvomodo cumq; verba ejus verſes, velit, nec patet, utrum Augustinus loquitur de uſu fractionis, fusionisq; ut à Chriſto ordinatum eſſe credidit, an ut ab Ecclesiā in hunc finem liberā diſpoſitione institutum? Nam & cum infantes ter affuſā aquā baptiza- mus, ut eā ceremoniā triū Divinitatis personarum fidem in memori- am nobis revocemus, id non ex inſtituto Divino, ſed Ecclesiastico di- manat. Qvinimò ſicut infantis baptizandi cor aquā, ut in qvibusdam locis moſe eſt, contingit, viſo hoc ritu peccati ſangvine Christi ablu- endi

A<sup>3</sup>

(16.) *Myſ. Miff. c. IX. ſ. 28. p. 303.* (17) *De Conſer. d. II. c. Dum f. 37.*  
(18.) *De ſacrif. C. br. 50.*

endi fontem, et si & Christi mihi desit & Ecclesiae mandatum, licetè pie-  
que mentis meæ oculis repræsento: ita quid impedit, quia viâ hostie  
confractione & effusione vini, communionem corporis Christi &  
sangvinis sui profusionem, vel nullo prævio aut Christi aut Ecclesiae præ-  
cepto, memorie meæ repræsentem? Qvamvis autem isthac vel ex insti-  
tuto humano vel motu ultroneo, ad sacrificium mortis Christi memo-  
riæ, in S. Coenâ præceptæ, rectius imprimendum, facta, omni reprehen-  
sione caret, nec ex eadem verioris nominis sacrificium, quam ex repræ-  
sentatâ in sacramento baptismi, per aquæ affusionem & ablutionem,  
sangvinis Christi, è latere effusi, inq; actu baptismi præsentis, vi emun-  
dante, baptismale sacrificium jure colligi potest, id tamen certum est, ex  
intentione ipsius Christi, sacramentum instituentis, ritum fractionis pa-  
nis & fusionis vini non ad repræsentandum mortis suæ sacrificium, sed  
ad distribuenda potius symbola ordinatum fuisse; ceu in Ecclesiâ no-  
strâ adversus Calvinianos consensu quodam semper fuit propugnatum,  
interq; doctores nostros cæteris uberioris probat. *Hilsemannus.*

(19.) *I.IX. Jac. Benign. Bossuetus* (20.) communem suorum opinionem,  
à præcedentibus omnibus diversam, miris verborum lenociniis picturus,  
supponit, in consecratione Eucharistiae mysticè separari corpus & san-  
gvinem Christi, è quod Christus seorsim dixerit: *boc est corpus meum,*  
*hic est sanguis meu;* atq; his verbis violentæ ab ipso toleratae mortis vivæ  
& efficacem REPRÆSENTATIONEM contineri. Deinde vi horum  
verborum, signis mortem ipsius REPRÆSENTANTIBUS, indutum  
Christum, in sacrâ mensa collocari, præsentemque suæ ad crucis usque  
mortem obedientiæ memoriam innovare quodammodo reddereque  
perpetuam. Deniq; Christum sacrâ mensæ in hac mortis imagine assi-  
stentem atq; apparentem Deo, pro nobis intercedere, patriq; mortem,  
quam pro tuâ tulit Ecclesia, perpetuâ REPRÆSENTARE. Hæc nempe  
illa somnia suæ, de quibus profundum est in Scripturâ silentium, quibus  
tamen Missæ sacrificium, tanquam immoto fundamento, superstruit: *as*  
*a deo, inquit, nihil illi desit, quo minus verè* (titulæ cum Concilio Tri-  
dentino propriæ dicere) *sic sacrificium.*

IX. Sed ponamus, separatâ corporis sangvinisq; quæ re ipsâ juxta  
Bossuetum nunquâ separata sunt, mentione, REPRÆSENTARI mor-  
tem Christi. Ponamus Christum, his mortis signis obvelatum REPRÆ-  
SEN-

(19.) *In Posth. Pral. ad F.C. p. 684. f.* (20.) *In Exp. fid. c. XIV.*

**SENTARE** se Patri , proqve nobis intercedere : quis sanguis mentis hinc non sacrificium duntaxat, sed sacrificium tam verè, tam propriè dictum, nihil ut illi desit, exculpat? Nec enim taurus, quantumlibet coronis sacrificialibus, tanquam mortis signis, redimitus Numiniq; ad altare representatus, cuius in Actis exemplum est, (21.) nisi mactatus, sacrificium, verè propriè dictum ulli homini, ratione utenti, nunquam audiit. Quin contrarium evidenti consequentia ita colligetur: Quocunq; victimata tantum sub mortis signis ad altare representatur, illa hoc ipso veri nominis sacrificium non est, quippe cui aliquid ad sacrificium verum (judicio quorumlibet hominum, ex inductione sacrorum profanorumque exemplorum argumentantium) nempe mors , actu victimæ illata, deest. Atq; Christus talis victimæ juxta Bossuetum est. Ergo.

X. Neq; hæc concludendi vis sapienti inclytum judicio Praesullem fugere poterat, qvarè, in qvas se abderet latebras, ambiguus, hoc se tandem umbone munire nititur: *Hoc illud est Christianorum sacrificium, à prisco sacrificandi ritu, in lege prescripto, longè remotissimum, spirituale sacrificium, novo quidem dignum federe, in quo presentis victimæ sola fide conspicitur, in quo gladius verbum est, corpus & sanguinem mysticè dividens; quo proinde sanguis non nisi mysterio funditur, nec nisi imagine mors intercedit: tamen sacrificium, quo Christus continuatur verissime, Deoq; sub hac mortis specie offeratur.*

XI. Verum dum sacrificii proprietatem tueri allaborat, magno certè nisu eandem destruit. Quot enim congerit verba, tot argumentorum nobis exhibit momenta, qvibus sacrificii illius veritatem subrumpamus. Quæ in hos brevitatis causâ syllogismos conjiciemus. Qvicquid est sacrificium à communi omnium sacrificiorum lege & ritu longè remotissimum, quodque in formalí ratione mactationis & immolationis verè & propriè dictæ, à sacrificiis aliis omnibus abit, id non potest esse sacrificium verè & propriè dictum. Atqui sacrificium Christi representativum. Ergo. Porro: In quocunque sacrificio victimæ non conspicitur & tamen visibili actione offertur, id non est sacrificium vere proprieque dictum. Atqui in sacrificio Missæ representativo. Ergo. Iterum: In quocunque sacrificio victimæ mysticæ & per verbum tantum dividitur, ibi non est sacrificium propriè, sed impropiè, mysticæ & verbaliter tale. Atqui in sacrificio Missæ repre-

(21.) c.XIV.13.

repræsentativo Ergo. Rursus: In quocunque sacrificio sanguis animalis non verè, sed mysticè funditur, & mors non verè, sed imagine tantum intercedit, ibi quoque non est sacrificium vere tale, sed tantum iù mysterio & in imagine. Atqui in sacrificio Missæ repræsentativo. Ergo. Denuo: Ubicunque non est mactatio sacrificii, sed commemoratio tantum mactationis & repræsentatio, in verbis quibusdam & signis externis consistens, ibi non est verum propriè dictum sacrificium. Atqvi in sacrificio Christi repræsentativo. Ergo. Denique: In quocunque sacrificio materia tantum sacrificii, nempe victima, continetur, neq; per mortem seu destructionem veram, qvæ veri sacrificii forma est, sed per imaginem tantum mortis, qvæ imaginarii sacrificii forma est, offertur, illud non est sacrificium propriè, sed impropriè dictum. Atqvi in sacrificio Missæ repræsentativo. Ergo.

XII. Patet hinc, in qvas difficultates, eqvidem prorsus insuperabiles, ingenia adversariorum nostrorum, etiam perspicacissima, imposita Romanis doctoribus à Concilio Tridentino, veritatem proprietatemq; Missatici sacrificii defendendi necessitas conjiciat. Qvod cum è Pontificeiis partibus ingenuè fateatur *Mattb. Galenus*, Theologus Duacensis, (22) eius verba coronidis loco addere non pigrabitur. Ita autem ille: *Si Spiritui S. atq; alterutri Tridentino conventu visum foret, inter mille controversias, è medio feliciter sublatas & satubriter dissolutas, obscurissimam definitionis sacrificij questionem ad eum modū illustrare, non modo adversarijs & scholis orthodoxis melius consuleat videatur, verum etiam licet hic nobis acquiescere & hujus disputationis compendium facere. Ut, si fas est dicere, simus deinceps iniquiore loco pugnaturi. Poteramus enim hancenus prescribere adversarijs ex vocibus attributis nostro sacrificio & Patronum testimonij, veluti Auguſtini definitione, vel postremo fateri, hoc nostrum sacrificium esse quidem improprium, non iamen illud nomen malè retinere, cum sit prius illius sacrificij imitatio. Parum abest, qvin in Lutheranorum, vietus vi veritatis, descendat castra. Sed nos, ne pagellarum excedamus mensuram, hic sistimus pedem.*

F I N I S.

(22). Catech. CXXXIV. allegatus à D. Gerh. Titio in Ost. sum. c.X.  
§.2. & lib. de Phras. Eccl. v.c XI. §.3.

et (o) se

## COROLLARIA RESPONDENTIS MISCELLA:

- (1) Waldensium Ecclesia hodie magis Reformatorum quam Lutheranorum favet doctrine.
- (2.) רָמֹתָה וְצַלְּמָה in historia creationis sunt in duram partem οἰκηγητικῶς conjunctae.
- (3) Praebris bacce εὐκτήν: Deus deo piè defunctis paciam re-quietum, rite recteque adhibetur.
- (4) Infans expositius, de quo certò non constat, an si baptizatus, baptizari debet, etiam si schedula infantii exposito affixa refle-tur, infantem jam esse baptizatum.
- (5) Infans in actu baptismali nomen non adeptus, non rebapti-zandus, sed in templum denuò portandus, suscepore ac paren-te comitantibus, Εν nomen baptismale ei imponendum est.
- (6.) Et mulier ad imaginem Dei condita est.
- (7) Sacrificia non ex natura dictamine, sed ex revelatione origi-nem suam habent.
- (8) Parvuli ea statuta corporis sunt resurrecturi, quā decesserunt.
- (9) Unum idemque est Evangelium Veteris atque N. T.
- (10) Carbolica sive universalis vel certe insignis quedam Iudeo-rum conversio ante novissimum pantocriticum diem expe-ctanda non esse videtur.
- (11) Christianus Iudeo ad ceremonias suas Judaicas easque supersti-tiosas sciens aliquid divendere salvā conscientiā non potest.
- (12) Minister Ecclesie bodienum impie satis in lingua germani-ca bonā licet voce à profanis vocatur: ein Pfaff.
- (13) Ordinarius ecclesie minister, collegā destitutus, gradīque mor-bō corruptus, sibi ipsi cœnam porrigitere potest.
- (14) An recte ex Theologis sentiunt, qui statuunt, quod Indi Ori-en-tales, quia pane ex frumento factō earent, uti possint in s. cœna pane ex medullā radicis Iphiamēch pisto?
- (15) Pastor paganus tempore pestis elementa consecrata per aliū ad agrotum illo ēo officio mittere non potest.
- (16.) abstemias sub unicā specie communicare non licet.

(17.)

- (17.) Mundus olim uerū uicinus est interitus.
- (18.) Pastor castrensis, bona cum conscientia, ab hoste spolia capere non potest.
- (19.) In actu copulationis senis cum vetula verba Gen. i. v. 28. Crescite & multiplicamini &c. à Pastore omittine nequaquam debent.
- (20.) Anima separata retinet propensionem ad corpus.
- (21.) Angelicas revelationes bodiem expetere & iis, que ab Angelis nobis suggesti putantur, fidem adscribere prorsus non est tutum.
- (22.) Sudorille in monte olivarum à Iesu nostro profusus, vere sanguineus fuit, ejusque excretio non naturaliter, sed miraculose contigit.
- (23.) Artibus magicis contra injuriam globorum & jecuum hostium sine conscientia periculo immune facere nemo corporis suum potest.
- (24.) Magistratus tempore pestis domus peste insectas omnino claudere licet non potest.

---

Ad Dn. HILTEBRANDUM suum,  
Ab eruditione Theologica, industria, pietate,  
modestia commendatissimum.

**H**ILTBURANDUS, ut primos inter mihi visus amicos,  
Hanc simul aclicuit cernere posse ROSAM:  
Sic pariter primus, qui me nunc Praeside certes,  
Proq; Deo expediias arma manusq; , clues.  
Sic Te Christus amet, cuius Tibi gloria cordi est!  
Sic nunquam desint praemia digna, precor.

grat. f.

DISPUTATIONIS PRÆSES.

**P**ublica DOCTORUM concordis pulpitæ quartum.  
Gratulor hoc: felix terz, quaterz sies!  
Per eximio atq; Doctissimo Dno Resp. Amico meo hanc  
fucato hæcce בָּרוּ apponere volui  
**GEORGII WESTPHAL/WARELA MECI.**






**SENTARE** se Patri , proqve nobis intercede non sacrificium duntaxat, sed sacrificium tam nihil ut illi deſit, exculpat? Nec enim tauri sacrificialibus, tanquam mortis signis, redimiſtūt, cuius in Actis exemplum est, (21um, verè proprièq; dictum ulli homini, ratione Quid contrarium evidenti consequentia ita cōma tantum sub mortis signis ad altare reprænominis sacrificium non est, qvippe cui alio (judicio qvorumlibet hominum, ex inductione exemplorum argumentantium) nempe deſit. Atq; Christus talis victima juxta Boſſuetum

X. Neq; hæc concludendi vis lapidem fugere poterat, qvare, in qvas se abderet tandem umbone munire nititur: *Hoc illud eium, à prisco sacrificandi ritu, in lege præſervatum, spirituale sacrificium, novo quidem dignum, clima sola fide conspicitur, in quo gladius verem mysticè dividens; quo proinde sanguis nec nisi imagine mors intercedit; tamen sacrificatur verissimè, Deoq; sub hac mortis specie.*

XI. Verum dum sacrificii proprietat certè nisu eandem deſtruit. Qvot enim cororum nobis exhibit momenta, qvibus sacrificamus. Quæ in hos brevitatis causâ syllogismus est sacrificium à communi omnium sacrificiis motissimum, quodque in formalī ratione nis verè & propriè dictæ, à sacrificiis aliis cōtest esse sacrificium verè & propriè dictum, ſi repræsentativum. Ergo. Porro: In cōma non conspicitur & tamen viſibili actione sacrificium vere proprieque dictum. Atq; repræsentativo. Ergo. Iterum. In quocunq; ſticè & per verbum tantum dividitur, ibi nis sed impropiè, mysticè & verbaliter tale.

(21.) c.XIV.132



nentis hinc  
riè dictum,  
pet coronis  
d altare re-  
is, sacrifici-  
am audiit.  
cunq; victi-  
cipio veri  
um verum  
ofanorum-  
timat illata,

icio Praſu-  
uuſ, hoc ſe  
um ſacrifi-  
otiffimum,  
præſens vi-  
tis ſanguis  
o funditur,  
brisus con-

rāt, magno  
t argumen-  
tem lubru-  
. Qvicq; id  
tu longè re-  
immolatio-  
id non po-  
licium Chri-  
ſificio vieti-  
non est fa-  
o Miffæ re-  
victima my-  
am propriè,  
ſificio Miffæ  
repre-